




3 2044 106 451 230


HARVARD
UNIVERSITY
ARNOLD
ARBORETUM
PRESENTED ~ BY ~ CHARLES ~ SPRAGUE ~ SARGENT
1892

JOAN. SIGISM.
ELSHOLTII

FLORA MARCHICA,

Sive

CATALOGUS PLANTARUM,
Quæ partim in hortis Electoralibus Marchiæ Brandenburgicæ primariis, Berolinensi, Aurangiburgico, & Potstamensi excoluntur: partim sua sponte passim proveniunt.



BEROLINI,
Ex officina Rungiana.
Sumptibus Danielis Reichelii, Bibliop.
cIↄ Iↄc LXIII.

Fieb. 1773

Just. Lipsius lib. 1. De milit. Roman. Dial. 1.

Ut in vere anni flores gignunrur, autumnus tamen est, qui dat fructus: sic literati in florida ætate amœniora dant, in senili utiliora.

Nobil.

Excellentiss. & Experientissimis

Marchionatus Electoralis Brandenburgici

MEDICIS,

Itemq; aliis Rei Herbariæ peritis, Collegis, Fautoribus, Amicis

FLORAM MARCHICAM,

Observantiæ tesseram offert, atq; ad liberalem communicationem, si quas præterea stirpes vernaculas propria observatio suppeditavit, ipsos peramanter invitat

AUCTOR.

In Floram Marchicam
Cl. V. JOANNIS SIGISMUNDI
ELSHOLTII,
Philos. atq; Medic. Doct. Sereniss. Elector. Brandenburg. Medici Ordinarii, Hortorumq; Electoralium Præfecti, & Practici apud Berolinenses celeberrimi.

INter Naturam varium certamen, & Artem
Vertitur, & dubio pondere nutat honos.
Una per immensum spargit miracula Mundum,
Et serit in multis dedita dona locis:
Altera constringit. Spatio densantur in arcto
Munera, conveniunt germina, sylva coit.
Quid mirum est Asiam lætis florescere campis,
Quid nos Europæ pulchra vireta movent?
Quid nova pars terræ proprias tenet avia plantas,
Quid sibi præscriptos Africa laudat agros?
Omnia qui jungit, qui Sole reponit in uno,
Cui Patriæ tellus, humor & aura favet,
Vicerit. Huic alius concluditur Orbis in Orbe,
Zonaq; disjunctas perficit una plagas.
In toto mirum non est consistere Mundum,
In spatio mirum est, & breviore libro.

Hamburgi scr.
Michael Kirstenius,
Med. D. & Gymnas. P.P.

IN



IN FLORAM MARCHICAM INTRODUCTIO,

De varietate conſcribendi plantarũ Catalogos.

STirpium, quas Natura parens certis locis profert, indices conficiendi & edendi ratio quanquam Antiquitatis exemplo forte non penitus deſtituatur: noſtro tamen, & ſuperiori ſeculo in uſum magis tracta videtur. Ea vero cum varia ſit, & ſatis late pateat: ſi de varietate illa conſcribendi plantarum Catalogos hic quædam præfati fuerimus, nec operam nos luſuros, nec ab inſtituto illud noſtro alienum fore arbitramur.

Catalogus origine Græca vox eſt, & Latinis aut ſermonem ſonat, aut ſcripturam, quæ rerum numerum vel ordinem recenſet: adeoq; nobis libellum notabit, in quo nomina rerum conſignata reperiuntur, ſive nuda, ſive notis illuſtrata breviculis. Componere vero catalogos in iis rebus cogimur, quarum numerus major eſt, quam ut retineri memoria facile poſſit: unde nomina militum in codicem referri Vegetius jubet, & librorum indices Bibliothecæ exigunt numeroſiores. Quod ſi ulla unquam in re, in herbaria ſane exaratis cata-

logis,ob infinitum fere plantarum numerum, longe maxime opus eſt.

In iſtis vero condendis qui deſudarunt,aut univerſale quid moliti fuere,aut via proceſſerunt particulari. Illorum non ita multi extant, niſi velimus exempli loco adducere Hortum medicum & philoſophicum Joachimi Camerarii, qui forma catalogi digeſtus eſt. Pertinet huc Conradi Geſneri Catalogus plantarum quadrilinguis, & ſuo modo etiam Davidis Kyberi trilingue rei herbariæ Lexicon. Nuda nomina, ſed appoſitis iconibus,exhibet Botanicum Francofurtanum, itemq; ex magnis operibus deſumtæ & ſeorſim editæ Icones ſtirpium Leonhardi Fuchſii,Matthiæ de l' Obel ſive Lobelii,Jacobi Theodori Tabernæmontani: quibus tamen ſcriptis vereor ut proprie nomen Catalogi competat. Speciem Indicis præ ſe fert etiamBotanotheca Guil.Laurembergii,qua per Claſſesplantæ digeruntur, itemq; Joan. Bauhini Hiſtoriæ plantarum generalis Prodromus: ſicut auſu adhuc feliciore nuper idem tentavit Joan. Jonſtonus libro,cui titulus: Notitia Regni Vegetabilis. Univerſalem vero Herbariorum omnium,quotquot extabant, indicem ſive Pinaca concinnavit,& anno ſupra milleſimum ſexcenteſimo XXIII. Baſileæ Caſpar Bauhinus vulgavit:opus ſane aureum,&in hoc genere adhuc ſine pari,adeo ut per excellentiamCatalogus ſtirpium univerſalis merito jure dici debeat.

Par-

Particulares elenchos qui confecere, aut integram mundi partem ſibi ſumſerunt: aut regnum, aut ducatum, aut comitatum aliquem. Exempli loco tametſi commentarios Nicolai Monardes de medicamentis Occidentalis Indiæ, aut Caroli Cluſii de plantis Hiſpanicis, Pannonicis, Auſtriacis, aut Proſperi Alpini de Plantis Ægypti, aut Guilielmi Piſonis de plantis Braſiliæ, aut Thomæ Hariotti de Inſula Virginia, aut Jacobi Cornuti de plantis Canadenſibus allegare non liceat: nihilo minus catalogi nomen jure ſuo merentur Joannis Thalii Sylva Hercynia, Joannis Franci Hortus Luſatiæ, Caſpar. Suencfeldii Stirpes Sileſiæ, Joannis Lœſelii Plantæ Boruſſiæ: quorſum etiam Conradi Geſneri Hortos Germaniæ non abſurde refero.

Strictioribus adhuc limitibus induſtriam ſuam definiere, qui enumerationem ſtirpium in certa duntaxat regionis parte ſive territorio provenientium ſuſceperunt. Ita plantas, quæ circa Baſileam ſponte naſcuntur, peculiari catalogo complexus eſt Caſpar Bauhinus: quæ circa Altorfium Ludovicus Jungerman, & nuperrime Mauritius Hofmannus: quæ circa Gedanum, Nicolaus Oelhafen: quæ circa Brunſvigam, Joannes Chemnitius: quæ circa Cantabrigiam Angliæ, Anonymus: quæ circa Hallam Saxonum, Carolus Schæffer nuper admodum. Stocchornium & Neſſum montes in Bernatum ditione Benedictus Aretius de-

ſcripſit,& ſtirpes in eis naſcentes recenſuit. Idem in monte Pilati Lugdunenſi deſcribendo præſtitit Joannes du Choul montium Lugdunenſis agri Præfectus. Baldi vero montis Veronenſis plantas Franciſcus Calceolarius,ac Joannes Pona pharmacopœi typis publicaverunt. Circa Balneum Bollenſe,quas plantas tellus ſponte profert,earum catalogum Joannes Bauhinus dedit: circa thermas autem Hirſchbergenſes, Caſparus Suencfeld,quem paullo ante citavimus.

Hortorum fines omnium ſtrictiſſimi, qui tamen copia plantarum nec cedunt montibus integris,& anguſtiam varietate compenſant. Cæterum ſingulorum encomia viretorum, quibus noſtra ætate floridum caput Europa ſuperbiſſime erigit, nunc non perſequar: quotuſquisque enim, præter Byzantinos Othomannorum, non ſtupeat Hortos Viennenſes Auguſtiſſ. Imperatorum: Vaticanos Pontificis,& Cardinalium Romanorum: Pariſinos Regis Galliarum: Toletanos & Bruxellenſes Regis Hiſpaniæ: aulicos Principum Electorum,Ducum,& Epiſcoporum per Germaniam,& ſpeciatim quidem Heidelbergenſes, Salisburgenſes, atq; nuper Eyſtetenſes: Mantuanos Ducum Gonzagarum: Parmenſes Farneſiorum: Florentinos Mediceorum, atq; alios. Nobis impræſenti ſufficiat illos attigiſſe,qui ob ſtirpium inſignem varietatem poſſeſſores ſuos eo compulerunt,ut nomina ipſarum in indices referrent,ac typorum ope aliis communicarent. In-

Inter illos ſuperiori ſeculo PATAVINUS primus emicuit, in gratiam Medicinæ Studioſorum anno XXIII. Sereniſſimi Senatus Veneti decreto exſtructus. De ipſo vero non pigeat audire teſtimonium Joannes Veslingii in epiſtola quadam ad Petrum Servium, Jacobi Philippi Tomaſini lib.1. Gymnaſ. Patavin. cap. XXXII. inſerta: *Eſt ille omnium*, inquit, *quot per Italiæ tractus videre licuit, ſtructura pulcherrimus, quemq; vel eo magis commendes, quo minus teſſellato emblemate, fontium artificio, marinis coralliis, conchyliorumq; cruſtis, & ſignorum pompa: ſed nativa potius venuſtate conſurgit univerſus.* Ejus catalogus ſub annum cIↃ IↃ XCI. Venetiis italico idiomate cum horti areis, auctore Jacobo Antonio Cortuſo, prima vice lucem aſpexit. Mox in Germania una cum conjectaneis ſynonymicis plantarum Melchioris Guilandini quarti in ordine Præfecti latine recuſus, atq; auſpicio tandem Joan. Veslingii A. cIↃ IↃC XLIII. Cretenſibus plantis auctior prodiit. Cæterum de origine prima horti hujus Antenorei legi dignum eſt problema XX. Petri Bellonii lib. De negl. ſtirp. cultura.

Meſſana urbs Siciliæ & ſtudiis & mercatura celebris, in uſum Medicorum hortum alit longe pulcherrimum, cujus plantas Petr. Caſtellus Medicinæ ibidem Profeſſor atq; Præfectus indice complexus eſt, & additis præcipuorum auctorum cognominibus in lucem produxit. Libellus Meſſanæ anno cIↃ IↃC XL. impreſſus extat.

Anno cIↄ Iↄc IIX. Joannes Robinus Botanicus Regiꝰ hortum Henrici IV. *Parisiensem* cum figuris plantarum ducentis & quatuordecim Lutetiæ exaratum dedit: at vero habetur etiam Catalogus absq; iconibus stirpium illarum, quibus Viridarium Parisiense regium A. cIↄ Iↄc XXXVI. fuit instructum. Quod si iconum habeatur ratio, cunctorum industriam hac parte superavit Basilius Beslerus, qui singulas Eystetensis Horti plantas in æs ad vivum prorsus delineari, & exemplaria libri nonnulla coloribus ad invidiam elegantibus illustrari, auspicio Ill. Principis Conradi Episcopi Eystetensis curavit, qui ipse ausu hoc & se digna liberalitate gratiā non tantum omnium iniit, verum etiam Reverendissimo nomini suo gloriæ nunquam intermoriture decus addidit.

Extat quoque Catalogus horti regii *Warsaviensis* utriusq; tam suburbani, quam qui arci adjacet: simul cum plantis vernaculis. Quin immo temperiem cœli Danici non esse teneris stirpibus adeo inimicam, numerosus nominum apparatus ostendit, quem in Catalogo horti regii *Hafniensis* impresso conspicere licet. Porro viridario *Oxoniensi* magna Britannia superbit, *Lugdunensi* Batavia: nec minus suo se *Grœninga* jactat. Horum trium catalogi typis quoq; habentur exaratiꝰ, qui nuper in unum collecti fasciculum cum plerisq; præcedentiū, Hafniæ a Simone Paulli publici juris facti sunt. Quin & Ludovicus Jungerman

man cognitione plantarum dum viveret, nemini ſecundus A. cIↃ IↃC XLVI. prælo commiſit Catalogum plantarum, quæ in horto Medico & agro *Altorfino* reperiuntur: viridarium *Heſſemenſe* in Ducatu Brunſvicenſi ſitum, ſcripto Germanico in lucem duodecimo abhinc anno Joannes Royer Ducis hortulanus protraxit. Plantas denique Horti Electoralis *Regiomontani* in Boruſſia Michael Titius, itemq; Horti publici *Amſtelodamenſis* libello nuperrime edito Hermannus Cornelius recenſuit.

Privatorum Horti pauciores extant. Petrus tamen *Hondius* olim edidit libellum Belgicum, cui titulus: Dapes inemptæ, in quo viretum ſuum ſatis prolixe deſcribit. Ante hos quatuor annos etiam ſtirpes proprii Horti recenſuit Dionyſius *Jonquet*, Medicus Pariſienſis. Id quod præſtitiſſe dicitur quoqne Joan. *Hermannus* Pharmacopœus Bruxellenſis. Alii præter enarratos catalogi num prælum ſenſerint, inquirere jam non libet, præcipuos vero per Europam hos eſſe conſtat: nec dubium ullum eſt, quin temporis ſucceſſu, & uſu magis introducto plures ſint hinc inde emerſuri.

Emergit ſane vel hodie noſtra aliquali opera novus & (quod præfiſcini dictum ſit) inter reliquos quoq; locum ſibi vendicaturus ſtirpium Catalogus. Is autem licet ante pancos annos juſſu Sereniſſimi Electoris FRIDERICI GUILI-

EL-

ELMI Domini noſtri clementisſimi, intra limites unius Horti Berolinenſis aulici primum natus fuerit: ex vicinia tamen tantum augmenti paulatim ſenſit, ut non hortenſis amplius, ſed provincialis fere nunc videri poſſit. Nihilominus cum Marchionatus Brandenburgenſis finibus arctis haut claudatur, ſed latiſſime pateat: pluſculas hinc inde plantas præter jam obſervatas in locis ſylvoſis, paluſtribus, & inacceſſis latere credendũ eſt, quas ſucceſſu temporis aut nos, aut alii facile ſuperaddent: præſertim cum extremas omnes Provinciæ oras necdum ſimus ſcrutati, ſed meditullium duntaxat, & loca Sedi Electorali proxima.

Ad onomatotheſiam autem plantarum in hoc Catalogo quod attinet, quotquot negotium ejuſmodi exſequendum hactenus ſubiere, maximam partem tramite nimis libero inceſſiſſe mihi videntur: dum nomina absque auctore, aut rariſſime ipſo addito propoſuerunt. Unde ſæpe numero uſu venit, ut quam plantam deſignent, tantum non intelligatur: multo minus vero, ab aliquone Auctorum antea ea annotata, an ab auctore catalogi primum obſervata fuerit, clare percipi queat. Accuratius propterea cæteris elaboratus eſt Meſſanenſis Catalogus, adjecta quoque Botanicorum principum ſynonyma continens: itemq; Catalogi tum Joannis Chemnitii, & Joan. Lœſelii, tum Mauritii Hofmanni ſupra laudati.

Nos ſane majoris perſpicuitatis ergo haut volandum libere, ſed inhærendum veſtigiis certi au-


cto-

ctoris nobis esse existimavimus. Cumq; ita persuasus sim, nostra hac ætate perfectiorem Synopsin illo Casp. Bauhini paulo ante memorato Pinace vix inveniri: hunc mihi unice sequendum delegi. Utor igitur meris nominibus inde depromtis, & adjicio præcipua plantarum cognomina ex Trago, Matthiolo, Lobelio, Dodonæo, Tabernæmontano, Clusio, Beslero, & interdum aliis, in gratiam illorum, quibus ad manus Pinax non est. Quod si tamen omnino contingat, ut cætera quoq; minorum auctorũ synonyma requirantur, tunc pinax ipse adeundus fuerit atq; consulendus.

Adjicio itidem Germanicam stirpium nomenclaturam, quæ ipsa cum incredibili confusione prematur, selegi ex cæteris primarium nomen, idq; unicum plerumq;, & quod homonymia minime omnium laboret: cætera auctoribus, & plebi relinquo. Inserui etiam pauculas stirpes, quæ apud nos habentur, & tamen ab auctore nostro aut revera omissæ sunt, aut omissæ videntur. Neq; enim velim cuiquam persuadere, Casp. Bauhinum nihil ignorasse, aut rem herbariam penes ipsum adeo substitisse, ut summum perfectionis gradum attigerit: quin potius, ne ignaviæ nos posteri nostri accusent, summa ope niti decet, ut subinde aliquid a nobis quoq; conferatur.

Deniq; cum in Catalogo præsenti Hortensis atq; Sylvestris Flora suavi matrimonio coiverint: quo ab excultis spontaneæ dignoscerentur, asterisco has signare volui. Nunc autem Elenchum ipsum subjungimus. *Abi-*

PLANTARUM CATALOGUS.

*Bies alba sive fœmina, C.B.* Weisse Tanne. Abies, Matth. Lob. Tab. Picea, Dod. Sponte quidem apud nos rarius provenit: rubra vero satis frequens, quam tamen Piceam Bauhinus constituit.

Abrotanum mas augustifolium majus, C.B. Stabwurz/ Aebraute. Abrotanum mas, Dod. Matth. Lob. Tab. Eyst. primum, Trag.

*Abrotanum campestre, C.B.** Wilde Stabwurz/ wilde Aebraute. Ambrosia, Lon. altera, Matth tertia, Tab. tenuifolia, Lob. Cujus cauliculi rubent, frequentior.

Abrotanum fœmina foliis teretibus, C.B. Ganz graw Cypressenkraut. Abrotanum fœmina, Matth. Lob. Tab. Clus. Eyst. Cupressus herba, Cord. Chamæcyparissus Plinii, Trag. Santolina altera, Dod.

Abrotanum fœmina folijs minus incanis, C.B. Grawlicht Cypressenkraut. Abrotanum secundum, Clus. Polii altera species non ita incana, Column.

Abrotanum fœmina viridis, C.B. Ganz grün Cypressenkraut. Abrotanum fœmina Salmantica sexta, Clus.

*Absinthium Dioscoridis, C.B.** Wilde Wermuth. Absinthium vulgare, Trag. Fuch. Lob. Tab. Eyst, majus & vulgare, Clus, latifolium, Dod. *Ab-*

Abſinthium Ponticum tenuifolium incanum, C. B. Garten oder Römiſch Wermuth. Abſinthium tenuifolium, Dod. Ponticum, Matth. Tab. Ponticum album, Eyſt.

Acacia folijs Scorpioidis leguminoſæ, C. B. Indianiſche Acacia. Acacia, Dod. vera, Cluſ. Spina acaciæ Dioſcoridis, Lob.

Acanthus ſativus vel mollis Vergilij, C. B. Welſch Bärenklaw. Acanthus, Matth. levis, Eyſt. verus, Trag. ſativus, Dod. Lob. Tab.

Acarna flore luteo patulo, C. B. * Acarne. Acarnæ varietas, Lob. Carlina ſylveſtris, Tab. ſylveſtris minor, Dod. ſylveſtris minor Hiſpanica, Cluſ.

Acer montanum candidum, C. B. * Ahorn. Acer major, Dod. Lob, Cam. ep. Platanus, Trag. Fructus huic ſunt alati.

Acer campeſtre & minus, C. B. * Maßholder. Acer, Trag. Lob. minor, Dod. latifolium, Cluſ. Fructus huic lunulati:

Acetoſa pratenſis, C. B. * Wild Sauramff. Acetoſa, Lon. Oxalis, Trag. Matth. Fuchſ. Dod. Lob. Tob. Adeſt quoq; *folijs criſpis*, quæ Oxalis criſpa, Tab.

Acetoſa arvenſis lanceolata, C. B. * Wild Sauramff mit lanzformigen blettern. Oxalis minor, Matth. minima, Trag. ovina, Tab. tenuifolia ſinuata vervecina. Lob.

Acetoſa rotundifolia hortenſis, C. B. Garten-

ten-Saurampff mit runden blettern. Oxalis rotunda, Tab. rotundifolia, Dod. Franca seu Romana, Ger. sativa Franca rotundifolia repens, Lob.

Acetosa Hispanica maxima. Grosser Spanischer Saurampff. Acetosa Hispánica grandissimis foliis, Cam

Acetosa Americana, folijs longissimis pediculis donatis, C.B. Saurampff mit blåsigten samen. Acetosa vesicaria peregrina, Eyst.

Aconitum lycoctonum luteum, C.B. & Eyst. Eisenhütlein mit gelben blumen. Aconitum secundum, Matth. Tab. lycoctonum majus, Dod. luteum ponticum, Lob.

Aconitum cæruleum seu Napellus primus, C. B. Eisenhütlein mit blawen blumen. Napellus, Matth Dod. arboreus, Eyst major latifolius & angustifolius, Tab. verus cæruleus, Lob. Adest etiam flore variegato.

Aconitum racemosum, C. B. * Eisenhütlein mit traublicher frucht. Christophoriana, Dod. Lob. Clus. Tab. Eyst. cui etiam Costus niger.

Aconitum unifolium luteum bulbosum, C.B. Eisenhütlein mit knolliger wurtzel. Aconitum hyemale Belgarum, Lob. hyemale Ponticum, Eyst. lycoctonum luteum minus, Dod. Ranunculus cũ flore in medio folio radice tuberosa, Jo. Bauh.

Acorus verus, sive Calamus aromaticus officinarum, C. B. * Calmus. Acorum, Tab. Eyst. legitimum, Clus. hisp. Acorus, perperam Calamus aromaticus officinarum, Matth, Lob.

Aco-

Acorus adulterinus, C. B. * Falscher Calmus/ Gelbe Wasser-Lilie. Acorum falsum, Matth. Acorus nostras palustris, Lob. Iris palustris lutea, Tab. Pseudoiris, Dod. Pseudoiris palustris, Eyst.

Adonis hortensis flore minore atrorubente, C. B. Brunelle. Adonis recentiorum, Lob. Adonium, Tab. Flos Adonis vulgo, Clus. Eranthemum, Dod. Eyst. Adest etiam flore miniato.

Æthiopis foliis sinuosis, C. B. Mohrenkraut. Æthiopis, Matth. Dod. Tab. Eyst. sive Phlomitis, Lob.

Ageratum foliis serratis, C. B. Leber-Balsam. Ageratum, Matth. Tab Eyst. Septentrionalium, Lob. Eupatorium Mesuæ, Trag. Balsamita minor, Dod.

Alcea vulgaris minor, C. B. * Alcea/Sigmars-kraut. Alcea, Matth. Tab. vulgaris, Dod. Lob. Clus. Eyst.

Alcea cannabina, C. B. Alcea mit hanffbletern. Alcea fruticans, Eyst. fruticosior, Lob. fruticosa cannabino folio, Clus.

Alcea arborescens Syriaca, C. B. Baum-Alcea/Ketmia/Syrischer Pappelbaum. Alcea Syriaca, Eyst. arborescens, Cam. Althæa frutex secunda, Clus. Ketmia Syrorum, quibusdam. Flos colore variat.

Alcea vesicaria, C. B. & Dod. Alcea mit blasenblumen. Alcea Veneta, Trag. Eyst. peregrina, Tab. Solisequa, Lob. Malva Veneta, Lon. Hypecoum, Matth.

B Al-

Alcea Indica parvo flore, C. B. Alcea Bammia. Alcea Ægyptia, Cluſ. Bamia, Alpin. Cam. Belli. Bamia Alexandrina, Cæſalp.

Alcea Ægyptiaca villoſa, C. B. Moſch Alcea. Bammia muſchata, Jo. Veslingii Not. ad Proſp. Alpin. de plant. Ægypt. Abelmoſch Ægyptiorum, Ponæ. Belmuſcus Honorii Belli. Semen odore moſchum refert.

Alchimilla vulgaris, C. B.* & Cluſ Sinaw. Alchimilla, Trag. Dod. Lob. Tab. Eyſt. Pes leonis, Fuch. Lon. Stellaria, Matth.

Alliaria, C. B.* Matth. Dod. Lob. Tab. Knoblauchkraut/Leuchel. Alliaria & Thlaſpidium cornutum, Trag. Alliaſtrum, Geſn. hort.

Allium ſativum, C. B. & Dod. Knoblauch. Allium, Trag. Matth. Ruell. Lob. Lon. hortenſe, Fuchſ.

Allium ſativum alterum, C. B. & Dod. Schlangen-Knoblauch / quoniam caput cum ſumma caulis parte ſeſe contorquet ſerpentis inſtar. Allium Creticum vel ſerpentinum, Cam. ſativum amphicarpon, Cord. ſeritur enim nucleis tam radicis, quam capitis. Scorodopraſum ſecundum, Cluſ.

Alnus rotundi folia, glutinoſa viridis, C. B.* Elſe/Erle. Alnus, Dod. Matth. Trag. Lob. Tab. vulgaris, Cluſ. Ligna foco præbet, & palos ſub aqua lapideſcentes.

Alnus folio incano, C. B. Wolligt Elſenbaum.

Alnus hirſuta, Matth. An Alnus altera, Cluſ. Folia parte adverſa glabra & viridia: averſa lanugi-noſa & albicantia. Ne cum Aria Theophraſti confundatur, cavendum.

*Alnus nigra baccifera, C.B.** Faulbaum/Trag. Alnus nigra, Lob. baccifera, Tab. Frangula, Dod. Matth. Arbor fœtida, Lon. Cortex interior corpus ſatis violenter evacuat.

*Alnus nigra polycarpos, C.B.** Faulbaum mit groſſen geferbten blettern/Kreutzbeer. Lonic. An Alnus nigra baccifera rugoſiore folio ſeu major, Joh. Bauh. Cæteris auctoribus indicta videtur. Reperi primum in ripa fluvii Stapeniz prope oppidum Prignicenſe Perleberg, ubi vulgo Potſcherben appellabatur.

Aloe vulgaris. C.B. Aloe. Aloë, Trag. Matth. Dod. Lob. Cluſ. Eyſt. communis, Cam. Græca, quorundam. Hæc mira extra terram vivacitate viret: unde laquearibus appendi conſuevit. In Indiis nata amareſcit, & ſuccum notum ſeplaſiis ſuppeditat: is amaror in noſtrate non deprehenditur.

Aloe folio in oblongum aculeum abeunte, C.B. Americaniſche Aloe. Aloe Americana, Dod. Cluſ. Tab. Eyſt. Aloe folio mucronato, Lob. Succus ex ea colligitur, inquit Camerarius in horto, facultate cum priore non diſſimili. In hortis Electoralibus habentur tres ſatis grandes, quarum tamẽ nulla hactenꝰ floruit: nihilominus cum tempore flores expectamus, freti aliarum exemplis.

Sane creditum hactenus fuit, Aloen Americanam in Europa vix ante centesimum annum flores proferre: unde evenit, ut de ejus flore Botanici Europæi ferè omnes tacuerint. Primus Carolus Clusius in Curis posterior. retulit historiam unius, quæ Avenioni 1599. M. Majo caulem protrudere & florere cæpit, & intra quatuor aut quinq; dies ad tringinta palmos pervenit. Post Clusium annotavit similem historiam Petrus Borellus, Centur. 1. Observ. 1. de Aloe, quæ Monspelii in horto D. Perier Pharmacopœi A. 1647. caulem subito, & quidem cum fragore, strepitu atq; impetu protrusit, una cum floribus in summitate: ita ut triginta circiter palmorum mensuram caulis intra quatuor aut quinq; dies acquisierit, inferiore parte femoris crassitiem æquante. Idem Borellus simile quid in urbe Piscenensi Languedociæ paullo ante contigisse asserit, & quidem in conspectu Regis Ludovici XIII. & Cardinalis Richelii, multorumq; magnatum, ubi intra XXXVI. horas ad XXVIII. palmos excrevit talis Aloe, adeo ut stupendam hanc stirpem à pictore eximio delineari Rex jusserit. Porro verò delata quoq; fuit A. superioris seculi octogesimo tertio in hortum Stutgardiensem Celsissimi Principis VVirtembergici quædam Aloe, quæ sumtis paulatim incremensis tandem A. 16[illegible]8. simili ratione caulem M. Majo protrudere, & in flores postea expandi cæpit usq; ad Septembrē proximè sequentem. Acquisiverat interea caulis craſ-

craſſitiem duum pedum, & quatuor digitorum: altitudinem XXIII. pedum, & IV. digitorum. Emiſerat etiam ramos XL. umbella florida ornatos, ita ut ſingulæ umbellæ, ſicut in Icone impreſſa apparet, ducentis, trecentis aut quadringentis floſculis conſtarent.

Aloe paluſtris, C. B. * Waſſer Aloe/Sichelkraut. Sedum aquatile, Dod. Stratiotes ſive Militaris aizoides, Lob. Fundo Spreæ fluminis copioſe innaſcitur.

Alſine hederulæ folio, C. B. * Hünerbiß mit kleinen Ephewblettern. Alſine hederacea, Tab. ſpuria prior, Dod. Morſus gallinæ folio hederulæ, Lob.

Alſine chamædryfolia, floſculis pediculis oblongis inſidentibus, C. B. * Hünerbiß mit Gamanderblettern. Alſine ſpuria altera, Dod. foliis triſſaginis, Lob. ic. Tab.

Alſine triphyllos cærulea, C. B. * Hendelkraut floſculis cæruleis, Trag. Alſine recta, Tab. parva recta, Lob. ic.

Alſine altiſſima nemorum, C. B. * Sehr hoher Hünerbiß. Alſine major, Dod. Tab. maxima, Lob. ic. Morſus gallinæ ſecundum genus, Trag.

Alſine media, C. B. * & Tab. Mittelmäſſiger Hünerbiß/Mewr. Alſine, Matth. Lob. Lon. minor, Dod. Morſus gallinæ primum genus, Trag.

Alſine minor multicaulis, C. B. * Kleiner

Hünerbiß mit vielen stengeln. Alsine minor, Fuchs. Tab. minima, Dod. Lob. Morsus gallinæ quarta species, Trag.

Alsine affinis Androsace dicta major, C. B. Hünerbiß Androsace genant. Androsace altera, Matth. Clus. Tab. annua spuria, Ger.

Alsine Spergula dicta major, C. B. * Hünerbiß Spergula genant. Spergula, Dod. Saginæ Spergula, Lob. icon.

Alsine hirsuta minor, C. B. * Rawer Hünerbiß: Alsine hispida minuta, Thalii.

Althæa Dioscoridis & Plinij, C. B. * Gemeine Ibisch / Hemisch. Althæa, Matth. Trag. Fuch. Dod. Lob. Tab. vulgaris, Eyst. Bysmalva, Ger.

Althæa Theophrasti flore luteo, C. B. Ibisch mit gelben blumen. Althæa luteis floribus, Lob. Malva Theophrasti, Tab. Abutilon Avicennæ, Matth. Eyst.

Amaranthus simplici panicula, C. B. Tausendschön der gemeine. Amaranthus, Matth. vulgaris, Tab. spicatus, Eyst. angustifolius simplici spicata panicula, Lob.

Amaranthus maximus, C. B. Tausendschön der gröste. Amaranthus major paniculis rubris, Eyst. major floribus paniculosis. spicatis purpureis, Lob. major flore obsoleti coloris, Dod. Blitum, Matth. majus Peruanum, Clus.

Amaranthus panicula incurva, C. B. Tausendschön mit gekrümtem busche. Amaranthus cri-

sta-

ſtatus, Eyſt. holoſericeis ſanguineis reticulatis floribus, Lob.

Amaranthus panicula conglomerata, *C. B.* Tauſendſchön mit gedrungenem buſche. Amaranthus purpureus major, Tab. ſaturo cocci colore, Dod. purpureus ſaturo coccineus, Lob.

Amaranthus folio variegato, *C. B.* Tauſendſchön mit bunten blettern/ Papagey-Federn. Amaranthus tricolor, Lob. Tab. Eyſt. Blitum maculoſum, & Herba papagalli, Dod.

Amaranthus coccineus. Ganz rother Amaranth. Nimirum caules, & folia, & flores, adeoq; tota ſtirps eleganter rubet: proditus ipſe fuit primum a Joanne Parkeſonio Angló in Theatro Botanico, Londini 1646. edito.

Amygdalus ſativa, *C. B.* Mandelbaum. Amygdalus, Dod. Trag. Tab. Amygdala, Matth. Lob. Eyſt. Adſunt tum dulces, tum amaræ.

Amygdalꝰ nana. Zwerckmandelbaum. Elegans hæc eſt, & ab altera proceritate differt, foliisque anguſtis: fructu non adeò.

Anagallis phœniceo flore, *C. B.* * Lichtrohter Gauchheil/ Zeiſigkraut. Anagallis mas, Matth. Dod. Trag. Fuch. Lon. phœnicea, Tab. phœnicea mas, Lob.

Anagallis cæruleo flore, *C. B.* * Blawer Gauchheil. Anagallis fœmina, Matth. Dod. Trag. Fuch. Lon. cærulea, Tab. cærulea fœmina, Lob. Cluſ.

Anagallis aquatica major folio ſubrotundo,

 C. B.

*C.B.** Grosse Bachbungen mit rundlichen blettern. Anagallis aquatica folio maximo, Thal. Berula, Tab.

*Anagallis aquatica minor folio subrotundo, C. B.** Kleine Bachbungen mit rundlichen blättern. Anagallis aquatica sive Becabunga Germanorum, Lob. Dod. minor prima, Tab.

*Anagallis aquatica major folio oblongo, C. B.** Grosse Bachbungen mit länglichen blettern. Berula major, Tab.

*Anagallis aquatica minor folio oblongo, C.B.** Kleine Bachbungen mit länglichen blettern. Anagallis aquatica minor secunda, Tab.

Anagyris non fœtida minor, C. B. Baumbonen. Anagyris minus fœtens, Lob. altera, Matth. Tab. angustifolia, Eyst. Faba inversa, Trag. Lon. Eghelo, Dod.

Androsæmon maximum frutescens, C. B. Staudigt Mannsblut. Androsænum, Dod. Clymenum Italorum, Lob. Siciliana, Eyst. Herba Siciliana, Tab.

Androsæmon fœtidum, C. B. Stinckend Mannsblut. Androsæmon tragodes, Eyst. minus, Cam. Tragium, Ponæ. Creticum, Bellon.

Anemone Geranij rotundo folio purpurascens, C. B. Anemone/Windrößlein. Anemone prima, Dod. papaveracea, Tab. latifolia altera, Clus. hisp. tuberosa bulbocastani radice, Lob.

Anem. latifolia simplici carneo, flore, C. B. Anemo-

mone hortenſis latifolia ſexta ſimplici flore, Cluſ.

Anemone œnanthes folijs flore violaceo hexaphyllo, C. B. Anemone tertia, Dod. tenuifolia altera, Cluſ. hiſp. anguſtifolia, Tab. tuberoſa radice, Lob. tenuifolia flore purpureo violaceo, Eyſt. Adeſt etiam flore rubro.

Anemone tenuifolia flore amplo atrorubente, C. B. Anemene hortenſis tenuifolia 17. ſimplici flore, Cluſ. Vulgo, il Ré.

Anemone tenuifolia flore niveo, C. B. Anemone hortenſis tenuifolia 13. ſimplici flore, Cluſ. qui addit, Conſtantinopoli primum miſſam fuiſſe nomine Galipoli laté.

Anemone tenuifolia flore exalbido majore, C. B. Anemone hortenſis tenuifolia decima flore ſimplici, Cluſ.

Anemone latifolia maxima verſicolor, C. B. Anemone latifolia flore multiplici, Cluſ. hiſp. & pann. Chalcedonica major, Tab. maxima polyanthos Chalcedonica, Lob.

Anemone latifolia Pavo minus polyphylla, C. B. Anemone hortenſis latifolia Pavo major 2. Cluſ. hortenſis flore pleno coccineo variegata latifolia, Eyſt.

Anemone latifolia flava, C. B. Anemone hortenſis latifolia duplo flore flavo, Cluſ. Eyſt.

Anemone tenuifolia multiplex rubra, C. B. Anemone multiplex rubra, Cluſ. hiſp. quarta, Dod. flore multiplicato coccineo, Lob. colore tenuifolia, Eyſt.

Anemone tenuifolia multiplex purpurea, C. B. Anemone tenuifolia pleno purpureo flore Caccini, Cluſ cur. poſt.

Anemone ſylveſtris alba major, C. B. Anemone pannonica, Dod. tertia, Matth. flore albo, Lob. Eyſt. major alba, Tab.

Anemone nemoroſa flore majore, C. B. * Wald-Anemone. Anemone quinta, Dod. Ranunculus candidus, Trag. nemoroſus, Lob. Tab. nemoroſus albus, Eyſt. ſylvarum, Cluſ.

Obſervandum, præter recenſitas hactenus, plures adhuc in hortis noſtris cultas fuiſſe Anemonæ ſpecies, quas ſingulas minutim proſequi, opus foret hominis nimium curioſi, cum teſte Carolo Cluſio lib. II. Hiſt. plant. cap. LVII. Natura hic non minus ludat, quam in Tulipis aut Iridibus. Inde factum, ut Anemonis quoq; peculiaria indere nomina Galliarum atque Belgii hortulani tentarint, qualia ſunt: La courtiſane, la regardé, la regata, la ranunculiere, Viſconte, l' arbec, Sant Carl/Prinz Albert/ & ſimilia, in quibus tamen eruendis aut ſervandis multum laborare non placuit.

Anethum hortenſe, C. B. Dille. Anethum, Matth. Dod. Lob. Tab. Trag. Fuchſ. & cæterorum.

Angelica ſativa C. B. Matth. Trag. Lon. Angelicke. Angelica, Lob. Tab. major, Dod.

Angelica ſylveſtris major, C. B. * Wilde Angelicke

licke die groſſe. Angelica ſylveſtris, Lob. Tab. Matth. Dod. Trag. Fuchſ.

Angelica ſylveſtris minor ſive erratica, C. B. * Wilde Angelicke die kleine. Podagraria, Lob. Herba Gerhardi, Dod. Ægopodium, Tab. Angelicæ vitium, Trag.

Angelica aquatica, C. B. * Waſſer Angelicke. Archangelica, Lob. Dod. Cluſ.

Angelica Americana baccifera. Americaniſche Angelicke. Nota jamdudum fuit horto Lugdunenſi Batavo hoc nomine.

Anguria Citrullus dicta, C. B. Citrullen. Anguria, Matth. Dod. Citrullus, Tab. officinarum, Lob. Cucumer vel cucumis citrullus, Fuchſ.

Aniſum herbariis, C. B. & reliquis. Aniß.

Anonis ſpinoſa flore purpureo, C. B. * Stachlichte Hauhechel / Stallkraut. Anonis, Dod. Fuch. ſpinoſa, Eyſt. Ononis, Matth. Tab. hortenſis, Lob. Reſta bovis, Trag.

Anonis ſpinis carens purpurea, C. B. * Hauhechel ohne ſtacheln. Anonis non ſpinoſa, Eyſt. purpurea, Tab. mitior prima, Cluſ.

Anonis non ſpinoſa flore luteo variegato, C. B. Hauhechel mit gelbgeſtreifften blumen. Ononis flore luteo variegato mitis, Eyſt.

Antirrhinum majus alterum folio longiore, C. B. Löwenmaul. Antirrhinum, Dod. Lob. Tab. ſecundum, Matth. flore rubro & flore albo, Eyſt. Adeſt utrumq;.

An-

Antirrhinum arvense majus, C. B. * Wild Löwenmaul / Orant. Antirrhinum primum, Matth. minus, Tab. minimum, Lob. sylvestre, Dod. Eyst.

Anthyllis maritima Chamæsycæ similis, C. B. Meer-Anthyllis. Anthyllis Valentina, Clus. Lob. ic. Peplion sive Peplis, Dod.

Aparine vulgaris, C. B. * Klebekraut. Aparine, Matth. Dod. Lob. Fuch. Trag. Lon.

Apium hortense, seu Petroselinum vulgo, C. B. Petersilge. Apium hortense, Matth. Dod. Lob. sativum, Tab.

Apium vel Petroselinum crispum, C. B. Krause Petersilge. Apium crispum vel multifolium, Tab. Apium hortense crispatum, Lugd.

Apium hortense latifolium, C. B. Seleri. Seleri Italorum, cujus radice in cœna cum oleo sale & pipere frequenter utuntur. Figuram exhibet *C. B.* in Prodr. & Matth. cum brevi descriptione.

Apium montanum folio ampliore, C. B. * Berg-Petersilge. Oreoselinum, Lob. Clus. primum, Tab. sive Veelgutta, Dod.

Apium sylvestre lacteo succo turgens, C. B. * Alsnack. Apium sylvestre, Dod. Thysselinum Plinii, Lob. Olsenichium, Cord. hist. Thalii, cui etiam Meum Silesiacum palustre. In sylvis paludosis circa Arensfelde.

Apium palustre, & Apium officinarum, C. B. * Wass-

Wassermerck oder Eppich. Apium palustre, Matth. Paludapium, Tab. Eleoselinum, Dod. Lob

Apium Macedonicum, *C. B.* Macedonische Petersilge. Petroselinum Macedonicum, Matth. Lob. Dod. Tab.

Aquilegia sylvestris, *C. B.* * Wilde Ackeley. Aquileia, Dod. Aquilina, Matth. Lob. Tab. Invenitur flore exiguo cæruleo.

Aquilegia hortensis simplex, *C. B.* Einfache garten Ackeley. Aquilina alba, Tab. rubra, Lob. ic. Adest flore albo, carneo, cæruleo, variegato.

Aquilegia hortensis multiplex flore magno, *C. B.* Gefülte Ackeley mit grossen blumen. Aquilegia multiplici flore, Dod. Aquilina pleno flore, Clus. Multiplex, Tab. Adest flore albo, carneo, cæruleo, violaceo, maculato.

Aquilegia hortensis multiplici flore inverso, *C. B.* Gefülte Ackeley mit umbgekehrten blumen. Aquilina nona, Tab. pleno inverso flore, Clus. hist. plenis multiplicibus floribus, Lob. ic. Aquilegia cærulea inverso flore, Eyst.

Aquilegia flore roseo multiplici, *C. B.* Gefülte Ackeley mit rosenförmigen blumen. Aquilina pleno roseo flore, Clus. Aquilegia stellata flore purpureo, Eyst. Adsunt hujus quoq; aliquot varietates.

Ariſtolochia longa vera, C. B. Lange Oſter-Luzie. Ariſtolochia longa, Dod. Lob. ic. Cluſ. hiſt. & hiſp.

Ariſtolochia Clematitis recta, C. B. Steigende Oſterluzie. Ariſtolochia longa, Trag. Matth. longa vulgaris, Eyſt. Clematitis, Lob. Tab. Sarracennica, Dod.

Artemiſia vulgaris major, C. B. * Groſſer Beyfuß. Artemiſia, Matth. vulgaris, Cluſ. latifolia, Dod. mater herbarum, Lob. rubra & alba, Tab. Adeſt utraque: rubra vero ſolet vulgo vocari Rothe Bucke.

Artemiſia vulgaris minor, C. B. * Kleiner Beyfuß. Artemiſia minor, Matth.

Arum vulgare non maculatum, C. B. Pfaffenpint ohn flecken/ Teutſch Ingwer / Zehrwurz. Arum, Tab. Latifolium, Eyſt. Fuch. Ari primum genus, Trag.

Arum maculatum, maculis candidis vel nigris, C. B. Fleckig Pfaffenpint. Arum, Matth. Eyſt. maculatum, Tab. Officinarum, Lob. nigricantibus lituris ſignatum, Dod.

Arum maximum Ægyptiacum, quod vulgo Colocaſia, C. B. Colocaſia. Arum Ægyptiacum, Matth. Dod. Lob. Colocaſia, Cluſ. Eyſt.

Arundo vulgaris, ſive phragmites Dioſcoridis, C. B. * Gemein Rohr. Arundo paluſtris, Matth. Tab. Harundo phragmitis, Dod. vallatoria, Lob.

Arun-

Arundo sativa, C.B. Spanisch Rohr. *Arundo*, Matth. domestica, Tab. Italica major, Cam. donax sive cypria, Dod. donax sativa, Lob. Intus cava est: non farcta, qualis Indica illa, ex quibus scipiones parant.

Arundo Indica latifolia, C. B. & Tab. Blumen Rohr das rote. *Arundo* Indica florida, Lob. Canna Indica, Cluſ. hiſp. Indica rubra, Eyſt.

Arundo Indica latifolia, flore luteo punctato, C. B. Blumenrohr das gelbe. Canna Indica lutea rubris maculis punctata vel flore croceo guttato, Eyſt. Tertia eſt in Prodromo C. B.

Aſarum, C.B. Haſelwurz. *Aſarum*, Matth. Dod. Tab. Eyſt. *Aſarum* baccaris ſive baccatus, Lob. ic. & *Adv.* Vulgago, Perpenſa quibuſdam.

*Aſclepias flore albo, C. B.** Schwalbenwurz mit weiſſen blumen. *Aſclepias*, Fuch. Lob. Tab. Vincetoxicum, Matth. Dod. Hirundinaria, Trag. Lon.

Aſclepias nigro flore, C. B. Schwalbenwurz mit ſchwarzen blumen. *Aſclepias* flore nigro, Tab. Cluſ. altera flore, nigro, Lob. Vincetoxici altera ſpecies, Dod.

Aſparagus ſativa, C. B. Garten Spargen. *Aſparagus*, Matth. Trag. Fuch. altilis, Tab. hortenſis, Dod. vulgaris, Lob. domeſticus, Eyſt.

*Aſparagus ſylveſtris tenuiſſimo folio,** C. B. Wilde Spargen. *Aſparagus* ſylveſtris, Matth. Caſtor.

Aſpe-

Asperula sive Rubeola montana odora, C. B. * Meserich/Waldmeister. Asperula, Lob. odorata, Dod. Clus. Hepatica stellata, Tab. Matrisylva, Trag.

Asphódelus albus ramosus mas, C. B. * Aphodil mit ästen. Asphodelus primus, Clus. major albus, Eyst.

Asphodelus albus non ramosus, C. B. Aphodil ohn äste. Asphodelus Matth. Ruell. Lon. alter, Clus. albus, Dod. Tab. major albus, Lob. Hastula regia, Trag.

Asphodelus luteus & flore & radice, C. B. Gelber Aphodil. Asphodelus luteus, Dod. luteus minor, Lob. Tab. Asphodelus fœmina sive luteus, Cam. epit. Hastula regia minor, Cast.

Asphodelus folijs fistulosis, C. B. Holblättiger Aphodil. Asphodelus minor, Clus. Dod. Phalangium Narbonense, Tab. Phalangium Cretæ Salonensis, Lob.

Aster luteus angustifolius, C. B. * Gelb Sternkraut. Aster Conyzoides Gesneri, Lob.

Aster atticus cæruleus vulgaris, C. B. Blaw Stern-Kraut das gemeine. Aster atticus, Matth. Fuchs. Lon. primus, Dod. minor flore cæruleo, Eyst. Cæruleus Italicus sive octavus, Clus. Italorum purpurascens, Lob.

Aster atticus cæruleus major. Blaw Sternkraut das grosse. Aster atticus major flore cæruleo, Eyst. C. B. ad præcedentem retulit, cum tamen

men differentia inter utrumque ſit notabilis admodum. Illi nimirum folia acuta & ſerrata, huic obtuſa & non ſerrata: illi flores parvi, huic magni.

Aſtragalus villoſus floribus globoſis, C. B. Wirbelkraut. Aſtragalus tertius vel Monſpelienſium, Cluſ.

Atriplex hortenſis alba ſive pallide virens, C.B. Garten Melde. Atriplex domeſtica, Matth. hortenſis, Fuch. ſativa, Trag. ſativa alba, Lob. ic. alba viridis, Lon.

Atriplex hortenſio rubra, C. B. & Lon. Rote Garten Melde. Atriplex hortenſis, Dod. rubra, Tab. ſativa, Lob. ſativa folio rubicuudo, Trag.

Atriplex mori fructu, C. B. Erdbeer-Spinat. Atriplex ſylv. baccifera, Cluſ. An Atriplex baccifera Indica, Hort. Leydenſ. & Spinachia fragifera, G. Vieſch. p. 116. Hort. Floridi.

Atriplex ſylveſtris folio ſinuato candicante, C. B. * Waldmelde mit weißglänzenden blettern. Atriplex ſylveſtris, Tab. ſylveſtris ſecunda, Matth. vulgatior ſinuata, Lob.

Atriplex ſylveſtris altera, C.B. * Kleine Waldmelde. Atriplex ſylveſtris, Fuch. Dod. Lon. ſylveſtris prima, Matth. agreſtis, Trag.

Atriplex ſylveſtris latifolia, C. B. * Breite Waldmelde. Atriplex ſylveſtris tertia, Matth. ſylveſtris laceris laciniis, Lob. Chenopodium primum, Tab. Pes anſerimus, Fuch. Dod. Lon.

Atriplex fœtida, C. B. * Stinckende Melde.

Atriplex olida, Lob. canina, Trag. Lon. Vulvaria, Tab. Garosmum, Dod. Futuariæ nomen extat apud Lobelium, qui Adversar. pag. 97. ridiculum affert experimentum.

Avena vulgaris seu alba, C.B. Weisser oder glatter Haber. Avena, Matth. Fuch. Lon. Tab. vesca, Lob.

Avena nigra, C. B. Schwartzer Haber. Avena altera, Anguill. sylvestrior nigra, Cæsalp. Bromos, Amati. Hæc præcedente vilior.

Azedaracus, sive arbor fraxini folio flore cæruleo, C. B. Azedarach. Pseudosycomorus, Matth. Tab. Eyst. Zizypha candida Monspeliensium, Lob. Azedarac, Clus. Azedarach, Dod. An Azedaraeth, Avicennæ.

Balsamina rotundifolia repens sive mas, C. B. Balsamkraut mit runden blettern / Momordica. Balsamina, Matth. cucumerina punicea, Lob. Tab. Charantia, Dod. Momordica fructu luteo rubescente, & Balsamina mas fructu puniceo, Eyst.

Balsamina fœmina, C. B. Balsamkraut mit länglichen blettern. Balsamina, Dod. fœmina, Tab. Eyst. fœmina persicifolia, Lob. Balsamine altera, Trag. Matth.

Balsamina lutea, C. B. * Wild Balsamkraut. Noli me tangere, Tab. Eyst. Persicaria siliquosa, Lob. Impatiens herba, Dod. Hujus siliquæ maturæ si leviter tangantur, semen projiciunt. Simile quid

quid obſervatur in Cucumere ſylv. aſinino dicto, in Sio erucæ folio, in Lathyri majori. Herba viva non quidem ſemine motum ſimulat, ſed folia tacta contrahit: unde à quibuſdam itidem Noli me tangere dicitur. At cavendum, ne ex generali illa & promiſcua nominis impoſitione non ſequatur ſtirpium diverſarum confuſio.

Barba capræ floribus oblongis, C. B.* Geißbart mit flattrenden blumen. Barba capri, Fuch. capræ, Eyſt. caprina altera, Lon. Drymopogon primus, Tab. Ulmaria flore ſparſo, Hort. Patav.

Barba capræ floribus compactis, C. B. * Geißbart mit geſchloſſenen blumen. Barba caprina prima, Lon. Barbicapra, Lob. Regina prati, Dod. Ulmaria, Cluſ. flore collecto, Hort. Pat.

Bellis ſylveſtris caule folioſo major, C. B.* Wilde Maßlieben die groſſe. Bellis major, Trag. Matth. Fuch. Dod. Lob. Eyſt. Bellium majus, Tab.

Bellis ſylveſtris media caule carens, C. B.* Wilde Maßlieben ohn ſtengel. Bellis media, Matth. Tab. Cluſ. major ſylveſtris, Lob.

Bellis ſylveſtris minor, C. B.* Wilde Maßlieben die kleine/ Gänſeblumen. Bellis minor, Matth. minor ſylveſtris, Fuch. Tab. pratenſis minor, Adv. Primula veris, Brunf.

Bellis Indica fruticeſcens. Staudige Maß-

lieben aus Indien. Bellis Indica maxima fruticescens, Hort. Patav. & Leydens.

Bellis hortensis flore pleno, eoque magno vel parvo, *C.B.* Garten Maßlieben mit gefülten blumen groß und klein / weiß / roht / gesprengelt. Bellis minor, Matth. minor hortensis, Tab. hortensis multiplici flore, Lob. minor flore multiplici albo & rubro, Eyst.

*Bellis lutea foliis profundè incisis major, C.B.** Maßlieben mit ganz gelben blumen. Bellis major lutea, Trag. Chrysanthemum, Dod. segetum, Lob. arvense, Tab.

Berberis dumetorum, C.B. Berberis. Berberis, Lob. vulgaris, Clus. Spina acida quarta, Dod. Oxyacantha, Ruell. Trag. Fuch. Eyst. Oxyacantha Galeni, Tab. Crespinus, Matth.

Beta communis sive viridis, C.B. Gemeine Bete oder Beißkohl. Beta agrestis, Trag. Cum sequenti multum convenit: est tamen inter cæteras vilissima.

Beta alba vel pallescens, quæ Cicla Officinarum, *C.B.* Weisser Beißkohl. Beta, Tab. candida, Trag. Fuch. Dod. alba, Matth. Lob.

Beta rubra vulgaris, C. B. Rohter Beißkohl. Beta rubra, Trag. Lon. Dod. nigra, Matth. Fuch. rubra vulgatior, Lob.

Beta rubra radice rapæ, C. B. Beißrüben / rohte Rüben. Beta rubra, Matth. Lob. rubra Romana, Dod. Rapum rubrum, Fuch. Hæc condita assis apponitur.

Be-

Beta major folijs latissimis, C. B. Grosse weisse Winter-Bete. Hæc hyemem perfert, sicut & antecedens Beta alba: viridis vero & rubra hyeme pereunt.

Betonica purpurea, C.B.* Braune Betonie. Betonica, Matth. Fuch. Dod. Lob. Tab. vulgaris, Clus.

Betonica alba, C. B. & Tab. Weisse Betonie. Betonica candida, Lob. Trag. albo flore, Dod. Clus.

Betula, C. B.* Birke. Betula, Matth. Dod. Lob. Tab. & cæteris. Succus ex caudice perforato bibitur verno tempore contra Calculum: materies foco aptissima.

Bistorta major radice minus intorta, C. B.* Natterwurtz. Bistorta, Matth. Dod. major, Tab. Clus. britannica, Lob. Serpentaria fœmina & colubrina, Fuch.

Bistorta major radice magis intorta, C. B. Sehr gekrümmete Natterwurtz. Bistorta, Lob. minor, Tab. major, Eyst. Serpentaria mas seu Bistorta, Fuch.

Blattaria lutea folio longo laciniato, C. B. Mottenkraut mit gelben blumen. Blattaria, Matth. Dod. Tab. Lob. flore luteo, Eyst.

Blattaria alba, C. B. Mottenkraut mit weissen blumen. Blattaria flore albo, Lob. ic. Eyst. Cam. Adest etiam flore violaceo.

Blitum album majus, C. B. Weisser Meyer der

grosse. Blitum album, Matth. majus, Dod. majus album, Lob.

Blitum album minus, C. B. * Weisser Meyer der kleine. Blitum, Fuch. Lon. minus, Dod. minus album, Adv.

Blitum rubrum majus C. B. * Roter Meyer der grosse. Blitum, Tab. Lob. rubrum, Matth. rubens, Dod.

Blitum rubrum minus, C. B. * Roter Meyer der kleine. Blitum nigrum, Trag. rubrum minus, Adverf. rubrum supinum, Lob. ic.

Botrys ambrosioides vulgaris, C. B. Traubenkraut. Botrys, Matth. Dod. Lob. *Tab*. Eyst. Patientia Italorum, *Cam*.

Botrys ambrosioides Mexicana. Mexicanisch Traubenkraut.

Brassica alba vel viridis, C. B. Gemein grün Kohl. Brassica lævis, Matth. prima, *Tab*. sativa, Dod. Lob.

Brassica rubra, C. B. Gemein Braun-oder Roht-Kohl. *Tab*. *Lon*. Adv.

Brassica fimbriata, C. B. & *Lob*. Krauser Braunkohl. Brassica crispa & nigra, Dod. tophosa, *Tab*.

Brassica capitata alba, C. B. Weisser Kopffkohl. Brassica capitata, Matth. *Tab*. *Lob*. capitata albida, Dod.

Brassica alba capite oblongo non penitus clauso, C. B. Wersich oder Saphoyenkohl.. Brassica Sabauda, *Tab*. Sabauda hyberna, *Lob*. ic.

Bras-

Brassica capitata rubra, C.B. Dod. *Tab.* Rohter oder Brauner Kopffkohl.

Brassica gongylodes, C. B. Rübenkohl. Brassica rapicaulis, *Cam.* caule rapum gerens, Dod. *Caulorapum*, *Tab.* *Lob.* ob. Rapa brassica peregrina, *Lob.* ic. Rapum autem figura variat, & est vel rotundum, vel longum.

Brassica cauliflora, C.B. Dod. & *Tab.* Blumenkohl. Brassica prolifera florida, *Tab.* florida botrytis, *Lob.* Pompejana aut Cypria, *Cam.*

Brassica campestris perfoliata flore albo, C.B.* Feldkohl mit weissenblumē. Brassica cāpestris prima, *Cluſ.* sylvestris perfoliata, Dod. Perfoliata siliquosa, *Lob.* Invenitur quoq; apud nos flore luteo.

Brassica sylvestris folijs integris & hispidis, C. B.* Wilder Kohl. *Turritis*, *Lob.* vulgatior, *Cluſ.* Vaccaria, *Tab.*

Brunella major folio nō dissecto. C.B.* Gottheil. Brunella, Dod. *Lob.* Prunella, *Tab.* Officinarum, Eyst. *Consolida minor*, Matth.

Brunella cæruleo magno flore, C. B.* Gottheil mit grossen blawen blumen. Brunella cærulea magno flore, Eyst. Prunella prima & major, *Cluſ.* An Prunella tertia, *Tab.*

Bryonia alba baccis nigris, C. B.* Zaunrübe/ wilde Rüben. Bryonia nigra, Dod. Vitis alba baccis nigris, *Cast.*

Buglossum latifolium, Borrago, C. B. Borrase. Buglossum, Matth. Fuch. latifolium,

Lob. vulgare, Cluſ. hiſp. Borrago, Dod. floribus albis, Tab.

Bugloſſum anguſtifolium majus, C. B. Groſſe Ochſenzunge. Bugloſſum anguſtifolium, Lob. vulgare, Matth. Tab. Italicum flore cæruleo, Eyſt. Anchuſa Alcibiadion, Dod.

Bugloßum ſylveſtre minus, C. B. * Wilde Ochſenzunge. Bugloſſum ſylveſtre, Dod. Echium, Fuch. Bugloſſa ſylveſtris altera, Lon.

Bugloſſum ſylveſtre caulibus procumbentibus, C. B. * Wilde Ochſenzunge mit liegenden ſtengeln. Alyſſum Germanicum echioides, Lob. Aparine major Plinii, Tab.

Buphthalmum Dioſcoridis, C. B. Ochſenauge. Buphthalmum, Matth. Lob. Tab. vulgare, Cluſ. Chryſanthemum tenuifolium, Eyſt.

Burſa paſtoris major folio ſinuato, C. B. * Taſchenkraut das groſſe. Burſa paſtoris, Matth. Lob. Paſtoria burſa, Dod. major, Tab.

Burſa paſtoris media, C. B. * Mittel Taſchenkraut. Burſa paſtoris minor, Tab.

Burſa paſtoris minor, foliis inciſis, C. B. * Klein Taſchenkraut. Paſtoris burſa minor, Dod. minima, Lob. ic.

Burſa paſtoris minor loculo oblongo, C. B. * Taſchenkraut mit länglichen ſchötlein. Paronychia vulgaris, Dod. alſinefolia, Lob. Alſine minima, Tab.

Buxus arboreſcens, C. B. Hoher Buxbaum.

Bu-

Buxus, Matth. Dod. Lob, Tab. Eyſt. vulgaris, Trag.

Buxus arboreſcens luteis foliorũ marginibus. Vergůldeter Buxbaum.

Buxus folijs rotundioribus, C.B. Niedriger Buxbaum. Buxus humilis, Dod. Chamæpyxos, Trag. Tab. Hac utimur plerumq; ad areolas hortorum muniendas.

Calamintha vulgaris, vel Officinarum Germaniæ, C.B.* Ackermůntze/Bergmůntze. Calamintha, Matth. montana, Dod. montana vulgaris, Tab. Lob. Eyſt.

Calamintha pulegij odore, ſive Nepeta, C.B.* Poleyenmůntze/Nepte. Calamintha altera, Matth. arvenſis ſecunda, Tab. Pulegium ſylveſtre, Dod.

Calamintha magno flore, C.B. Ackermůntze mit groſſen blumen. Calamintha montana præſtantior, Lob. Tab. Eyſt.

*Calamintha arvẽſis verticillata, C.B.** Gewirbelte Ackermůntze. Calamintha arvenſis, Tab. aquatica, Matth. aquatica Belgarum, Lob. Nepeta agreſtis, Trag.

Caltha vulgaris, C.B. Einfache Ringelblume. Caltha, Matth. Fuch. Lon. Calendula, Trag. Dod. ſativa, Tab. ſimplici flore, Eyſt. Chryſanthemum, Lob. Adeſt flore citrino, & aureo.

Caltha polyanthos major, C.B. Gefůlte Ringelblume. Calendula lutea flore pleno, Eyſt. Adeſt flore citrino, & flore aureo.

Cal-

Caltha prolifera majoribus floribus, C. B. Ringelblume mit grossen nebenblümlein / oder Kindern. Calendula prolifera, Tab. Eyst. Chrysanthemum proliferum, Lob. ic.

Caltha prolifera minoribus floribus, C. B. Ringelblume mit kleinen nebenblümlein. Calendula prolifera 2. Tab.

Caltha pumila. Zwerck-Ringelblume. Caltha arvensis, C. B. & Tab. Calendula sylvestris minor, Cæs. circa Monspelium sponte, Gesn. In Italia itidem spontaneam notavimus, foliis acutis: apud nos vero in viretis ex semine propagari cæpit, quod in Hispania ante hos decem annos legit, & inter alia valde rara ex longinqua peregrinatione redux secum attulit V. Exc. & in plantarum cognitione versatissimus D. D. Christianus Menzelius, Sereniss. Electoris Brandenburg. Archiater, & amicus ob communicationem aliquot stirpium liberalem non sine gratiarum actione hic nominandus.

Caltha palustris flore simplici, C. B. * Einfache Dotterblume. Caltha palustris, Dod. Lob. Populago, Tab. Tussilago altera, Matth. Reperitur apud nos flore majori plerumque, rarius minore.

Caltha palustris flore pleno, C. B. Clus. Volle Dotterblume. Caltha palustris flore multiplici, Eyst. Populago multiflora, Tab.

Campanula minor rotundifolia vulgaris,

C. B.

C. B.* Waldglöcklein. Campanula minor rotundifolia, Lob. sylvestris minima, Dod. minor sylvestris flore cæruleo, Eyst. minor alpina rotundioribus imis foliis, Clus. Rapunculus sylvestris minor, Tab.

Campanula hortensis folio & flore oblongo, C. B. Gartenglöcklein/Marjetten. Viola Mariana, Lob. Dod. Tab. Clus. Medium, Matth. Eyst. Adest flore argenteo, cæruleo, & purpureo.

